



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Roberti Tvrneri Devonii Oratoris Et Philosophi
Ingolstadiensis Panegyrici Dvo**

Turner, Robert

Ingolstadii, Anno M. DC. IX.

Eidem. Monachivm. XII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69598](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-69598)

E I D E M.

MONACHIVM.

XII.

Quarin' vbi sim? Stutgardij. quid mediter? ser-
 monē cum Symmista. an redeam? redeo. quā m-
 titō? optarem hoc punctulo. vt ocellos meos dissuauia-
 rer aspectu tuo. nam peregrinari in hoc mundo (mun-
 di notione quid comprehendam. facile vides) non cu-
 peret sanē Plato. peregrinationis alioqui percupidus:
 nedum TVRNERVS. qui mundum alium non optet
 aut gratiorem ad voluptatem. aut pulchriorem ad
 varietatem. quā vultum tuum. hīc si habitet. homo
 est. suauiter vbiq; nobis fuit. suauius nullibi. quā a-
 pud VVirtenbergensem; excepit. amauit. promisit. hu-
 maniter. ardentē. prolixē. hem. mentior. Lotharin-
 gus nos oppressit officiis. o amor. quid narro amorem?
 o ardor. quid ardorem? o flamma. ac si liceat sine vio-
 latione diuini numinis. o flamma Seraphica. ineptus
 sum. qui ex infinitis vnum aut alterū sepono. sed cūm
 infinita non possim complecti. cupio in vno aut altero
 esse ineptus. praesertim apud te. qui si me ames. inepti-
 as quoq; meas amabis. vt ineptiae meae lauti exquisi-
 tiq; palati hominem minū offendant. eccas illas tibi
 conditas fabulae quodam quasi sale. si quid tamen sa-
 lis possit habere mea fabula. currum vnum ascēdimus
 nouem. ac ne mei sensus complicata notio faciat. vt

putes singulos obtritos à singulis, ex his nouē dua fut-
 runt simiæ, vnus canis, symphonicus puer vnus, vnus
 medicus, seruus à cubiculo vnus, tres Sacerdotes. dele-
 ctat hæc varietas? delectaret certè magis, si ex septem
 hominibus videres singulos diuersi generis stultos, v-
 num furiosum, alterum pium, fœdum tertium, quart-
 tum melancholicum, quintum taciturnum, sextum
 nasutulum, septimum omni generis stultum. per A-
 pollinem Delphicum quis cuius generis stultus videbi-
 tur tibi? de me ne te crucies, omni generis fui, si fœ-
 dum excipias: vt nec tam mimicè simiæ cum vexato-
 ribus, nec tam scitè canis cum blandulis, quàm ego
 cum singulis aptè. Socratè puta cum puero, Orestem
 cum furioso, cum melancholico asinum, cum pio Am-
 brosium, cum nasutulo Momum, cum taciturno pa-
 tritium candidatum. de reliquis odorare, quod tibi e-
 rit sine Apollinis voce per facile, cum in trium Sacer-
 dotum, & vnus Medici nomine videas vestigia altis-
 simè impressa. id vnum tamen audi. si vidisses furio-
 sum vociferantem, ringentem melancholicum, pla-
 cantem pium, taciturnum caperato supercilio indi-
 centem silentium, nasutulum mordentem, me in om-
 nem partem versatilem, risisses, risisses, id est, octa-
 uum te nobis aggregâsses sapientem, ex hac nostri cur-
 rus inumbratione vellem elicias reliquas societates,
 reliquas mensas, reliquos lectos. ô Babylonem. satis
 VV ELSERO, satis à TURNERO. me ama. & tati-
 nisi loquendo me malis perdere. Stutgardij.

ROBER